



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatvs De Necessitate Et Modo Ministrandi  
Sacramenta Tempore pestis**

**Chapeauville, Jean**

**Mogvntiæ, 1612**

37. An etiam in amentiam & furorem actis?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41077**

Prælatos & pastores corrigi debet, vbi omni iuri naturali, diuino & humano contraria.

Dices secundò: Quid si eodem tempore revocetur illuc quidem ad dominum, isthuc vero ad famulum vel ancillam, pro eo dem sacramento?

R. Cæteris paribus, locus est gratificatiōni. Dico (*cæteris paribus*) quia fieri potest, famulum præferri debere, si in maiori necessitate salutis sit constitutus, ut fieri frequenter solet.

### QVÆSTIO XXXVII.

*An etiam in amentiam & furorē actus.*

Quæstionis explicatio.

**T**anta est vis morbi pestilentialis, vt illo correpti, frequentissimè in delirium, phrenesin, amentiam, furorem & huiusmodi alias animi passiones incident, vt paulò ante notauimus: Quæ causa est, vt tempore pestilentiali frequenter in quæstiōnem vertatur: An & illis Sacraenta ministranda sint: quæ eò periculosius disputatur, quod non desint (*a*) Doctores, qui existimant, sine discrimine illis neganda esse. *Alex. q. 4. memb. 4.*

*stores*

*a Gabr. in 4.  
dist. 9. q. 4.*

¶ 4 DE NECES. ET MOD. MINIST.  
Itores sacramenta ministrare debeant: an  
verò iuxta aliorum opinionem excusent.

*Responsio.*

Distinguendum est inter amentes. Aut enim antequam in amentiam inciderent, sacramenta neglexerunt, vel etiam de illis male senserunt: aut contra piam & religiosam voluntatem erga illa prae se tulerunt: Si primum, non sunt illis ministranda sacramenta, non ratione furoris vel ametiae, sed voluntariæ indispositionis, puta, quia sua infidelitate vel crassa negligentia indignos sacramentis se reddiderunt.

Si secundum: Tenebuntur pastores illis ministrare, nisi periculum vomitus, expulsionis & similis irreuerentiae timeatur: fieri enim potest, ut ab ultima sacramentorum perceptione peccarint mortaliter, & in ametiam inciderint, tantum attriti, fiant, eotriti per sacramentorum applicationem, ut initio annotauimus.

Dixi (*nisi periculum vomitus, expulsionis, aut similis irreuerentiae timeatur*) propter sacramentum Eucharistiae: de quo suo loco dicemus.

Dices: Non possunt ametes se ad sacramenta recipienda disponere.

Resp. Non esse necessarium, ut iam se disponat, potuerunt enim antequam in ametiam in-

tiam incidissent, se disposuisse, & ideo tūc non ad ipsos, sed ad pastores pertinet, illos illorumque dispositionem examinare: nā si nō cōstat, eos fuisse prius in peccato mortali, (*a*) *præsumendi sunt boni, quia mali nō pro-* a *c. final de-*  
*bantur:* Si autem constiterit, peccasse mor- *præsumpt.*  
 taliter, oportet vt constet, vel fuisse confes-  
 sos si potuerunt, vel si non potuerunt, saltē  
 signa contritionis dedisse.

Dices 2: Tenentur quoque pastores il-  
 lis ministriare, qui perpetuo amentes fue-  
 runt.

R. Non tenentur ministrare sacramen-  
 ta pœnitentiæ, eucharistiæ & extremæ vi-  
 ctiōnis, quia non indigent: neque obstat,  
 quod aliis amentibus, qui videlicet aliquā-  
 do vsum rationis habuerunt, ministrare te-  
 neātur, quia magria est ratiō diuersitatis in-  
 ter hos & illos: nam qui post vsum rationis  
 amentes facti sunt, fuerunt re ipsa obligati  
 præcepto percipiendi sacramenta, vnde p-  
 sumuntur vel explicite vel saltem implicite  
 sacramenta petiisse, & petēdo speciale ius  
 ad illa acquisiuisse, quod merito eis ecclē-  
 sia seruare vult, quod locum habere  
 non p̄t est in iis, q̄ vsum ra-  
 tionis nunquam habu-  
 erunt.

Q V A